# Sermo

verbis ostendit̄ ꝯmendabilis humilitas
p̄cursoris. et plurimū p̄dicabilis caritas
saluatoris. Nam illius humilitas cōmen
dabilis apparet in voce. sed dei caritas
predicādo ostendit̄ in clamore. Notat̄ er
go p̄cursoris humilitas cū dicit. ego vox
Scd̄o notat̄ caritas saluatoris cū statim
addit. clamantis in deserto. ¶ A
Nam per desertū recte intelligimus mū
dum. Est enī desertū locus vilis locus ste
rilis locus inhabitabilis. sic etiā mundus
est locus vilis ratōne maloꝝ. et locꝰ ste/
rilis pec defectū bonoꝝ. et locus inhabi/
tabilis ꝓpter raritatē sanctoꝝ iuxta illud
psal. Saluū me fac dn̄e qm̄ defecit sācꝰ
q. d. veritates a filijs hominū ¶ B
In hoc aūt d̄serto tā vili ꝑ culpā. tā steri
li ꝑ gratiā. et tam inhabitabili per sancto
rum penuriam. venit xp̄s et clamauit ad
penitentiā iuxta illud Mathei. Penitē
tiā agite appro. enī re. ce. Nota tn̄ ꝙ xp̄c
clamauit in mundo. clamauit in ligno. et
clamauit in iudicio. Sed clamor primus
fuit dulcedinis et dilectōnis. clamor secū
dus fuit clamor ꝯpassiui doloris. clamor
vero tercius erit clamor inauditi timo/
ris vt intelligat̄ ꝙ clamor primus fuit cla
mor eximie pietatis. clamor scd̄s fuit cla/
mor inestimabilis caritatis. sed clamor
tercius erit clamor certissime equitatis.
Dicamus ergo ꝙ dn̄s primo clamauit in
mūdo ex inaudita et inestiabili pietate. nā
licet mltos primo an̄ se ꝓphetas emiserit
et ab inicō clamauerit et ad penitentiam
inuitauerit ne de contingentibus aliquid
omitteret ꝑ seip̄m vltimo venit vt nihil
excusatōnis peccatores haberēt De hoc
ergo clamore tam pio tam placido tā be
nigno dicit ip̄e de se ipso ī psal. Laboraui
clamans rau. f. f. f. mee. Quis carissimi
mei vllis exprimat verbis quantum ipse
saluator clamauerit. quantū in clamādo
laborauerit non solū verbo sed ope et ex
emplo. tn̄ enī clamauit ꝙ raucedinē vo
cis incurrit O pietas inaudita. o māsue/
tudo pijssima blasphemat̄. verbis lacera
tur. seductor appellatur. et ad mortē que
ritur. et tn̄ castella circūiuit ꝑ ciuitates et
rura discurrit. nūc docendo nūc miracula
faciendo nunc exemplis salutaribus com
monendo vt impios et incredulos ad se
traheret ¶ C Nota ergo ꝙ maxi/
me clamauit ad tria. nā clamauit ad ve/
ritatis intelligentiā. clamauit vocās ad
penitentiā. reuocās a culpa vt primi duo
clamores sint ad bonum. tercius vero sit
contra malū. et primus sit clamor ad in/
telligentiā veritatis. secundꝰ sit ad amo
rem virtutis. tercius vero ad detestatōeȝ
iniquitatis. vt sic primus perficiat intelle
ctū. secundus vero conseruet affectū. ter
cius vero dirigat effectū. Dicamus er/
go ꝙ xp̄s clamauit primo ad veritatis in
telligentiā. nā sicut ait Augꝰ Inuisa pos
sumꝰ diligere sed incognita nequaq̄ȝ vt
ergo deū amare possimus necesse est vt
eum antea cognoscamus ⁊ eum esse scia
mus. et ideo xp̄c doctor sapientissimꝰ pri
mo ad dei cognitionem hominē adduxit.
vnde d̄r Joh. vij Clamabat iesus docēs
in templo ⁊ dicens. et me scitis ⁊ vn̄ sum
scitis id ē scire deberetis. Nisi enī cogni
tio dei ꝓ fundamento ponat̄ frustra ē q̄d
quid edificat̄. ¶ Scd̄o clamauit vocans
ad gratiā. Nam sciētia sine gratia est in
flatiua. vn̄ Apl̄us dicit. j. Cor. viij. Sci
entia inflat caritas edificat Bern̄. Ista
duo sunt homini necessaria scȝ caritas et
scientia. q2 sine caritate sciētia inflat. sed
sine scientia caritas errat. sciētia vero ca
ritatē illuminat. et caritas scientiā humi
liat ne ꝑ superbiā euanescat. Clamat er
go xp̄c ad gratiā. vnde d̄r Joh. vij. In
nouissimo die magne festiuitatis stabat
Jesus et clamabat dicens. Si quis sitit
ve. ad me et bi. Sitis enī s̄m ph̄m est ap
petitus frigidi et humidi. Quid ergo est
sitire nisi gr̄am appetere ꝑ quā concupi/
scentia infrigidat̄ et lacrimaꝝ abundātia
ꝓuocat̄. Hic enī clamor ē clamor maxie

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0028
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG